

versum audire ac cernere, non vero per partes. Sed lubricum hoc esse argumentum ipse non diffitetur, cum sensus allati dicti hic quoque esse possit, Deum uno & generali velut intuitu, non per ideas particulares, res cognoscere. Interim manifestum latis est ex dictis, XENOPHANEM iure Spinozismi argui. Nec obstat, quod alias quasdam fouerit opiniones, quae cum hac eius hypothese non commode conciliari queant. Fuit enim hoc commune veterum vitium, systemata male cohaerentia sibi formare: paucissimique solliciti de eo fuerunt, quo pacto sententias, quas defendebant, inter se connectere & in iustum redigere ordinem possent: id quod infinitis, si opus esset, comprobari posset exemplis. Deinde quid mirum XENOPHANI hoc contigisse, cum nec ipse SPINOZA, quantumuis ingenio valens ab hoc vitio immunis fuerit, sed talia passim docuerit aut egerit, quae ἀσύστατα plane sunt, & cum praecipua eius hypothese conciliari nulla ratione possunt.

§. VIII. Videtur autem tota schola Eleatica hoc veneno *Imo tota se-* fuisse infecta. Decantato enim isto dogmate, vnum esse om- *nia Eleatica* nia, personabat. PARMENIDES enim, Xenophanis, teste *ad Leucip-* CLEMENTE ALEXANDRINO * auditor, teste autem THEO- *pum usque.* DORETO ** focius eius, idemque inter praecipuos sectae Eleati- ** l. I. Strom.* cae Antistites numerandus, eandem fouisse sententiam dici- *p. 301.* tur. Scio esse ex veteribus, qui dicunt, eum in multis a Xe- *** l. II. Grae-* nophane discessisse: sed tamen ad hocce, de quo disceptamus *car. Affed.* caput quod attinet, idem plane eos docuisse ex EVSEBIO *p. 159.* constat. * Iuxta huic namque, *sempiternum esse orbem huncce v-* ** Preparat.* *niuersum, omnique motu carere, ipsiusque naturae veritatem omnino* *Euang. l. I.* *constare defendit; singularem enim illum, & vnigenam, stabilem ac* *cap. VIII,* *quietum, nec certo aliquo tempore generatum esse: generationem por-* *ro ad ea reiicit, quae falsa quadam opinione putentur esse, adeoque* *sensus omnes communionem veritatis excludit.* Vbi pro eo quod in- *terpres dixit: ipsiusque naturae veritatem omnino constare, in Grae-* *co legitur: κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, quae verba* *ita potius reddenda: secundum rerum veritatem, vt sensus sit:* *motu carere secundum rerum veritatem, vel secundum id quod reuera*